



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 88. Altercatio inter duos Ministros.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

Sæcul. XVI. „apud Eusebium Cæsariensem, præci-
 A.C. 1562. „pue circa tres personas in una natu-
Euseb. Cœf. „ra divina, & circa duas naturas in
Hist. Eccl. „Christo, quas tamen novitates igno-
l.3. c.29. „rabant Apostoli, & nos quoque igno-
 „rare possemus, quin illum de salute
 „nostra periculum incurreremus.

§. LXXXVIII.

Altercatio inter ambos Ministros.

Insuper hæc subjungebat Paulius: „ne
 „& nos hisce erroribus, ac dogmatum
 „perversitate implicemur, divinis lite-
 „ris unice insistendum est, omnia etiam
 „probanda, & bonum retinendum, ut
 „inquit Apostolus, & facile deprehen-
 „demus, nulloque negotio comproba-
 „tum reddam, quod Pater æternus Fi-
 „lio suo quodammodo nobilior sit: e-
 „quidem Nicænum Concilium definie-
 „rat, quod Filius sit Patri consubstan-
 „tialis, non deerant tamen Patrum plu-
 „rimi, quibus hæc vox displicuit, nec
 „etiam Synodus quicquam circa Spi-
 „ritus Sancti divinitatem definire aude-
 „bat: imo Sanctus Hilarius in duode-
 „cim libris suis de Trinitate nunquam
 „Spiritui Sancto prærogativam Dei at-
 „tribuit, nec eum esse adorandum, aut
 „invocandum statuit: solus autem
 „primusque fuit S. Athanasius, qui Spi-
 „ritum Sanctum esse Deum afferuit, aut
 „

„si forte ante illum quidam Patres id Sæcul. XVI.
 „affirmarunt, hi nullius sunt momenti,
 „quia juxta Sanctum Gregorium Na-
 „zianzenum hoc dogma primum circa
 „Annum Domini trecentesimum sexa-
 „gesimum quintum in Ecclesia invale-
 „scere cœpit. „

A. C. 1562.

Absoluto hoc sermone, Paulius ex Sancti Hilarii, Joannis Chrysostomi, Cy- rilli, Theophylacti, aliorumque Patrum testimoniis Patrem Filio esse superio- rem comprobare nitebatur, eoquod antiqui Patres nonnunquam Patrem æ- ternum vocarint caussam, vel principium Filii; cum autem Sarnicius ei objectas- set, quod nunquam de Trinitate, Perso- narum Essentia, & de Hypostasibus ser- monem haberet, ut hanc culpam a se alienaret, allegabat auctoritatem Pinc- zoviensis Concilii, illudque tot Patribus & veteribus Conciliis, quæ his nomi- nibus: *Homoïsion, Hypostasi, Consubstan- tialitate &c.* utebantur, longe nobilius esse afferebat.

Huic tamen Paulii apologiæ sta- tim respondit Sarnicius, ita differens: Haud diffiteor, quod ab Apostolorum ætate inter Christianos doctrinæ cor- ruptio irrepserit, hæc tamen perversitas nonnisi in Ebionitis, Cerinthi sectato- ribus, Simone Mago, Paulo Samosate- no, & Ario deprehendebatur. His

CCC 3 prae-

Sæcul. XVI. præmissis Gregorii Paulii errores ex sa-
A.C. 1562. cris literis, Conciliis, & antiquis Pa-

tribus impugnabat: ast haud amplior
exinde redundabat fructus, quam qui
de potissimum ejusmodi altercationibus
circa Religionem institutis reportari so-
let: tum enim quilibet suæ sententiae
immotus inhærebat, aliis Paulio ap-
plaudentibus, aliis vero Sarnicio suffra-
gantibus. Hoc successu elatior Pau-
lius pugnam restaurare audebat, pa-
lam professus, nil sibi commune esse
cum Ebionitis, ac veteribus hæreti-
cis, in suo tamen sermone admodum
prolixo unice ea, quæ Sarnicius pro-
ponebat, refellere nitebatur, hancque in
rem ita perorabat, „omnes auctoritates
„mihi ab adversario meo oppositæ nul-
„latenus argumenta a me allata, atque
„sacræ literis firmata labefactant, & nul-
„lius quoque ponderis sunt, quæ ad-
„versus me ex Sanctis Patribus fuere
„allegata: quippe omnes hi erant puri
„homines, minus vero illud trisagion:
„Gloria Patri & Filio, & Spiritui San-
„cto, quod Sarnicius tantopere depræ-
„dicat, mihi officit, cum id nonnisi quar-
„to sæculo invaluerit, ut referunt Eu-
„sebius, & Nicetas: non ergo illud tan-
„quam argumentum adduci valet, eo-
„quod nullum testimonium præter fa-
„cras literas (excepta etiam glossa)
„juxta

„juxta Reformatorum doctrinam addu- Sæcul. XVI.
 „cere licet: de cetero credo in Deum A.C. 1562.
 „per Christum eique omnem gloriam
 „per Christum, Mediatorem defero, &
 „circa hoc innitor simplicitati Petri il-
 „lius Piscatoris, necnon Symbolo Apo-
 „stolorum, & in hoc a Judæis differo:
 „hi enim credunt in unum Deum omni-
 „potentem: ego autem credo insuper
 „in JEsum Christum ejus Filium, Mes-
 „siam promissum, prout ipse met præ-
 „cepit apud Sanctum Joannem cap. 14.
 „v. 1. *Creditis in Deum, & in me credite.* „
 Denique tanto applausu suos errores
 propugnabat, ut omnes, qui huic Con-
 ciliabulo intererant, eidem victoriam
 attribuentes concluderent, quod ad pa-
 cem in Ecclesiis conservandam, Evan-
 gelici & Calvinistæ Pinczovianos tole-
 rare deberent, nec ceteros molestarent,
 imo nequidem de novis fidei formulis
 deinceps mentio fieret, nisi faltem illæ
 omnino sacris literis consonæ forent,
 imposterum igitur unice postremæ Pinc-
 zoviensi Synodo insisteretur.

Itaque hac decisione Pinczovianis
 tota caufsa adjudicari videbatur, quip-
 pe exinde totum, quod petebant, fue-
 rant consecuti, nimirum pacem, liber-
 tatem, necnon solis divinis literis tan-
 quam fidei suæ regula utendi faculta-
 tem: quapropter Sarnicius, cum per e-

C c c 4 jusmo-

Sæcul. XVI. jusmodi litis compositionem in omni-
A.C. 1562. bus prætensiæ reformationis Ecclesiæ
 recens stabilitis fidem Sanctæ Trinitatis
 penitus eliminari prævideret, totis viri-
 bus sese opponere statuit, ac siue vero
 erga hujus Mysterii fidem zelo anima-
 tus, siue potius ambitionis suæ impetu
 accensus Paulium opprimere decreve-
 rat: quapropter a colloquio discedens
 denuo suas querelas apud Bonarum, &
 Miscovium proponebat, & coram illis
 hostem suum hærefis postulabat. Hi
 ut ejus accusationi deferrent, Pau-
 lium unacum Wisnovio, aliisque Mini-
 stris coram esse juserunt.

Hisce Ministris Sarnicius præprimis
 objectabat, quod in suis precibus Chri-
 stum Dominum non invocarent; id au-
 tem pernegabat Wisnovius, unde a ver-
 borum contentionе ad convitia mox
 deventum: tum enim mutua objurga-
 tione suos quisque errores alteri obji-
 ciebat: prævaluit tamen Sarnicius:
 quapropter Cracoviensis Ecclesiæ Se-
 niores illum rogabant, ut a cæptis des-
 steret, eorumque Ecclesiæ pace frui per-
 mitteret, atque adoptato Pinczovianæ
 Synodi decreto rem eo deducere nol-
 let, ut fratres, ac Ministri cum Proceri-
 bus, eorumque fautoribus in contentio-
 nem venire cogerentur: postea eidem
 injungebant, ut pariter cum Gregorio
 Paulio pacem colere studeret. Ve-



Verum cuncta hæc monita parum Sæcul. XVI.
movebant Sarnicii animum, qui indi- A.C. 1562.
gnationem suam fat aperte exerebat,
dum in Bonari villa, ubi plures Mini-
stri convenerant, unacum illis sensum
maxime proprium indagabat illorum
Divi Pauli verborum: *Unus Deus, u-*
nus, & Mediator Dei, & hominum homo
Christus Jesus. 1. ad Timoth. cap. 2. v. 5.
Sarnicius ergo hoc nomen *Deus* pro Tri-
nitate accipendum contendebat, id ve-
ro Paulius pernegabat, his verbis sen-
sum prorsus contortum attribuens: i-
gitur Sarnicius Paulium manifestum
esse hæreticum vociferans postulabat,
ut suo munere exutus tanquam homo,
qui Arii, & Serveti hæreses innovaret,
Cracovia expelleretur. Verum ut hi-
sce jurgiis finis imponeretur, ac quis
eorum erraret, dignosci posset, rursus
alia Pinczoviæ Synodus indicebatur.

§. LXXXIX.

Aliud Pinczoviense conciliabulum.

Hæc Synodus Mense Augusto anni Lubian. l. o.
post Christum natum millesimi
quingentesimi sexagesimi secundi cele-
brata est, ad quam Sarnicius invitatus
adesse policebatur, promissis tamen sta-
re minus consultum censebat. Hi,
qui intererant, fidei suæ professiones
tradebant, qua re cognita Sarnicius

Ccc 5 hisce